In initio dictionum: Initialis brevis post finalem longam apud Poetas non rarò perlmitur; ut ὦ 'γαθέ. Theocrit. Idyll. 5. v. 16. ἡ 'ρετή. Euripid. ἀρετὴ 'σί. Theogn. v. 147. μέλλω ἐξεμεῖν & ποεῖ 'σκδυμένα. Aristoph.

Ubicunque hæc Elisio contigerit in initio vel fine, dicuntur voces Synalœpham pati, propter continuationem soni: properantiùs enim efferuntur, nullo facto interstitio, ac si essent vox una.

Synalœpha propriè dicta dictiones (post factam Thlipsin, Synæresin vel Crasin) in unam contrahit.

Thlipsis fit, vel per Apocopen; ut παρ' ὑείων ταὐτό. Aristot. vel per Aphæresin; ut πάρα πικρά. Soph.

Longa perimit brevem vel ancipitem sequentem; ut μἄνδικα pro μὴ ἔνδικα. Aristoph. τῶνζῳ pro τῷ ἄνζῳ. Theocrit.

Articulus præpositivus nonnunquam abjicit longam ante brevem, ut ἐκ τἀφανοῦς. Lucian. παρὰ τἀνδρός. Aristoph. ἐν τἀγαθῷ. Dionys. Semper ferè ante longam, ut θμητέρα pro τὴν ἡμετέραν. Aristoph. θμέτερα pro τὴν ἡμέτερα. Sophocl.

Synæresis valde infrequens est, ut θοιμάπον pro τὸ ἰμάπον. Arist.

Usitatissima Crasis; ubique subscripto ι diphthongi, si exciderit; ut τἀλάγιστον pro τὸ ἐλάχιστον, ἐγῷμαι pro ἐγὼ οἶμαι. Lucian.

Occurrunt hæ voces in N. T. per Crasin coalitæ; κἀμοὶ, Matth. 16. 18. κἀμοὶ, Luc. 1. 3. κἀμὲ, Joh. 7. 28. κἀκεῖνος, Luc. 11. 7. κἀκεῖ, Matth. 5. 13. κἀκεῖθεν, Act. 14. 26. τἀναγγέλιον, Galat. 2. 7. τἄνομα, Matth. 27. 57. τιτὲς, Rom. 7. 18. atque alibi.

Quoniam verò multifariàm variatur hæc Crasis pro varietate dictionum, quæ coalescunt, usitatiores quasdam mutationes, per præpositivum ὁ & copulativum καὶ, describere suffecerit.

Articulus ὁ vel οἱ, sequente α· τὸ sequente η vel ει· τὰ cum ο, communiter fit ω· ut ὦνεμος pro ὁ ἄνεμος, ὦρνες pro οἱ ἄρνες· θάμυσν pro τὸ ἥμισυ· τῶκάδιον pro τὸ οἰκάδιον, τῶστέα pro τὰ ὀστέα. ὁ vel τὸ sequente ε vel ο, οἱ sequente ο fit υ· ut ὑμὸς pro ὁ ἐμὸς, ὔλυμπος pro ὁ ὄλυμπος, τὑμφαὲς pro τὸ ἐμφανὲς, τὔνομα pro τὸ ὄνομα, ὑμοὶ pro οἱ ἐμοί· ο cum ε interdum fit ω, ut ὥλαφος pro ὁ ἔλαφος.

Καὶ, sequente ἀ, ἐ, vel οἰ, fit κἀ· ut κἀν, κἀγὼ, κἀπὶ· sequente οἰ vel ὀ, fit κὠ· ut κὠνον pro κὴ οἶνον vel κὴ ὄνον.

Περὶ etiam, sequente ε vel ο, contrahitur in π· ut πἔργα, πολίγα, pro περὶ ἔργα, περὶ ὀλίγα.

Voces per Synalœpham contractæ unico notantur Accentu, cujus sedes semper eadem est; ut πἄρχαῖα, ὦνθρωπος. Dissyllabæ penultimam, priùs acutam, ex Crasi modò productam, circumflectunt; ut τἦγον, τῦπος, ὦνδρες.

Spiritus utriusque dictionis servatur, quoties utraque à vocali incipit

incipit & prior est dissyllaba; ut ἐγῷδα. Prior monosyllaba tametsi elisa, suo Spiritu posteriorem notat; ut ἄπαδον pro ἀ ἔπαδον, ἄδωνις pro ὁ Ἄδωνις. Quòd si prior incipiat à consonâ, posterioris Spiritus remanet loco Apostrophi; ut πάλιδες, πάναπα, χῶπως amittitur frequentiùs in τπίσι.

Propter Vocalem aspiratam sequentis, præcedens Consona tenuis aspiratur, notam aspirationis in se sæpissime absorbens; ut δαιδάλιον pro τὸ ἀιδάξιον, φεῦδος pro φεύδος, φεμιμάζω pro φεμιμάζω. Similiter cùm Vocalis in fine non sit elisa, ut δοιαίπον.

Hujusmodi voces collisæ si non cohæreant, suæ notæ singulis appinguntur; ut ὦ ἵξ, χ' ὦ, ὦ ἄνθρωπε.

Verùm immunem quasi à legibus licentiam sibi indulgent Scriptores, qui in vocibus per Synalœpham conflatis tum spiritum tum accentum variant: nonnulli enim valde ἀνωμάλως scribunt ὤλλοι pro ᾧλλοι, ὥρνες pro ὧρνες, &c. in quibus dissyllaba longa ante brevem acuitur, spiritusque Nominis, non præcuntis Articuli, appingitur; contra Regulas modò descriptas.

Obtruditur quandoque spiritus tenuis pro aspirato, ut ἐμὲ πόδωξ pro ἐμοὶ πόδωξ. Lascar. 95. pag. quandoque consona tenuis, ut κᾶτον ex κἄτον pro κᾆτον. Id. 7. v. 53. rariùs consona & nota aspiratæ, ut ᾔπερον. Id. 11. v. 52.

Τένεκα potiùs vox compositiva quàm per figuram contracta, consonam cum spiritu tenuem habet; in quâ ἕνεκα e cum spiritu penitus amittit, defectu per Apostrophum suprà notato. Idem de aliis, siqua ejusmodi reperiantur, judicium esto.

At neque prorsus Authores eâdem semper utuntur scripturâ: legimus in Herodoto ὦλλοι l. 1. p. 28. ὤλλοι l. 2. p. 18. sic apud Portum Lexico Ionico, sed in Dorico ὦλλοι. Sylburgius, in Etymologi indice, utrumque ponit ὦλλοι, ὤλλοι. At meliùs alibi analogiæ memor, ὥειστος quàm ὦειστος scribendum docet. Rectè Stephanus suo in Indice exponit ὥειστος ὁ ἥειστος, ὥειστ' ὦ ἥειστ' qui accuratè & diligenter consimilibus analogam notationem adscribit, ut ὦλλοι ὤλλοι, non ὦλλοι ὤλλοι. Quod si alia scriptio obvenerit, ut in Theocrito per Ipsum edito. Id. 18. v. 19. σφάλμα censendum est; aut, quod in Porti excusationem dici potest, Dialectus. Caninius vult ὥειστος Æolicè, ὦειστος Ionicè, (rectiùs communiter) scribi p. 70.

Sunt qui spiritum utriusque addunt, ut ἁπάπειθος, ὑπάπειθος. Steph. in Ind. & Tom. 3. Thes. & Paralipom. p. 85. Idem tamen regulariùs in Ind. & Tomo exhibet cæteras voces cum unico spiritu Articuli, ut ἑμοῦς, ὕπερος, &c.

Probè distinguere oportet Synalœpham quæ fit per solam Thlipsin ab eâ quæ consurgit ex Crasi: diversæ enim sunt & nota & quantitas.

Crasis enim producit vocalem & præponit illi notam; ut τἄμα· Thlipsis quantitatem non mutat, & notam postponit; ut τἀυτό. Utraque admittit coalitionem: quamvis Steph. videtur disjungere voces, quibus sola Thlipsis intervenit; ut τὰ ἅμα· servato Accentu prioris. Paralip. p. 85.

Porrò post quamcunque elisionem cautè observetur scriptura, ne oriatur de voce mutatâ dubium; ut γαλήν' ὁρῶ. Arist. ran. *tranquillam video*, non γαλῆν ὁρῶ *mustellam video*: πρὸς ἐμοῦ ἑταίρων. Plutar. in Symp. *hanc vomentem inducens*, non πλείστε μοῦσ ἑταίρων *hanc musam inducens*. Adhibenda est cautio eadem in augendis vocibus, nam οἷός τε εἰμὶ significat *qualiscunque sum*, οἵός τε εἰμὶ *possum*.

Solebant ex priscis Scriptoribus nonnulli Spiritum dictionis in compositione postpositæ servare; ut Εὐδαλίων, μνημῆς· interdum & tenuem pro aspero accipere, ut Εὐαίμων. Distinctionis ergo adhibuerunt tenuem in Propriis, asperum in Appellativis; ut Φίλιππος *Philippus*, φιλίππος *amans equorum*: sic ἀσχάλων & Ἀσχάλων vide Eustath. Il. ε. v. 79. & Od. δ. v. 105. Idem factitârunt nonnulli in compositis cum περὶ, post Contractionem; ut περώδης, περῴδαιρε, &c. quam scripturam meritò Stephanus rejicit, Paralip. pag. 87.

Cæterùm de vocibus figuratè contractis inter viros graves non levis controversia oboritur, an vocalis ι loco suo excluta perpetuò subnotari debeat; quam subscribendam autoritas & ratio postulant juxta Reg. p. 3. Veritatem hanc ità universim amplexi sunt Grammatici, ut eorum nemo quotquot ad manus nostras devenerunt (Sylburgio, Gualptero, & Rhenio exceptis) diversum senserit. In emendatissimis exemplaribus punctum habent subjectum, Lascaris; ut κἀγὼ p. 98. Gaza, ut κἀπὶ p. 601. l. 5. Cleonardus cum Antesign. ut κἀμοὶ, &c. p. 229. Moquotus, ut κἀμῶ, &c. p. 224. Ramus, ut κἀγὼ p. 294. Scotus, ut κἀκεῖνος, &c. p. 314. Caninius, ut κἠγὼν, &c. p. 23. Crusius, ut κἀγὼ p. 877. l. 5. Gretzerus, κἦν, &c. p. 298. Vossius p. 160. &c. S.S. Biblia editionum omnium, Libri à Stephanis excusi, à Turnebo, Aldo, &c. Julius Pollux, Budæus, Wolfius, Scaliger, Casaubonus, &c. Aliorum, qui multò plurimi sunt, nomina missa facimus: quæ infra in testimonium rei non dissimilis adducuntur.

Subscriptionem negligunt antiquiores, Etymologus, Hesychius, Favorinus, Eustathius, Æmilius Portus: moderni, Frobenius, Gul. Morellius in Demosthene, & præ aliis Wintertonus: quibus elisa ι ex diphthongo præcedente, præcipuè ᾳ, abolétur; ut ᾗ ἂν κἂν· & subnotatur solùm ex sequenti, ut ὁ αἰπόλος, φιπόλος. Argumenti, quod afferunt, sensum faciliùs assequentur tyrones, si meminerint:

1° quod

1°. quod propter vocalium concursum fit Thlipsis. 2°. quod vocales per Crasin duæ vel plures in unam coeunt. 3°. si per Crasin facta vocalis rursus subjectum recipiat ι, in diphthongum migrat per Synæresin: Quibus præcognitis argutè disputat Wintertonus (forsan ex Etymologo, ad voces τημῷ vel ἐμῳχωμόρῳ· aut ex Porto, ad vocem ἄλλοι) fieri non posse Synæresin ex ι mediâ inter vocales per Crasin coalescentes, Ideoque Thlipsin inducit, quæ abradit ι intermediam antequam Crasis extremas collidit, nempe ex ᾗ ἂν, κᾇ ἂν, κἂν, ex οἱ ἄλλοι, ὁ ἄλλοι, ὅλλοι. Mirum sanè θλίψεως commentum! Subtilissima circumlocutio! Quid moras nectimus Tyronibus? citra opem alterius Figuræ, quàm expeditè fit Crasis? ᾗ ἂν, κἂν. οἱ ἄλλοι, ὅλλοι. Diphthongi elidi subjunctivam, manente præpositivâ, quis in poesi concesserit? in prosâ quis tulerit? Post vocales, non inter ipsas, positam ι excidere, & subnotari? satis dogmaticè. In extremis vel medio, ubique ι immutabilis est; subscriptio ipsius non ex positione, sed ἀναπαλλίᾳ provenit; quæ cùm omnino sit mutationis expers, semper post Crasin supereſt integra, non interempta, non variata, nisi ubi in locum illius succedit altera Subjunctiva; ut ἐμὲ ποδωΐ pro ἐμοὶ ποδωΐ· allàs individua comes vel adhæret vel subjicitur; ut τὸ ἰμάτιον, τοἰμάτιον· ᾗ ἐγὼ, κᾇγώ.

Quod si duæ simul ι concurrant, punctum unum utriusque index est; ut ᾗ εἶτα, κᾇτα.

Lascaris cum quibusdam aliis mentionem θλίψεως facit, minimè sanè rejiciendam, si significet *extrusionem*, non *expunctionem* vocalis ι· quam quidem per Crasin solvi, loco extrudi, & infrà poni nemo non fatetur: ibidem tamen punctum subnotat, ubi Thlipsin agnoscit p. 94. & alibi. Etymologus (ad verba Homeri, τημῷ, τῳμῷ, & ἐμῳχωμόρῳ) dicit; ἐκθλίβεται τὸ ἄρθρον τὸ ι, ᾗ κίρνασ τὸ η vel ω cum ε οἷς η vel ω, χρυσεῖς θεῖ ι· ex quibus verbis exiſtimantur alii θλίψεως afferendæ rapuisse ansam, quæ ab Authore non datur. Eustathius enim tum Romæ, tum per Froben. editus, Stephanus, &c. elidunt ε & appingunt ι sub η vel ω. Æmilius Portus (qui ad voces ὅλλοι, ὄρνεις) θλίψιν exponit, alibi subjunctâ ι facit Synæresin; ut κᾇξ, κᾇμφισταλαιῴα, &c. in Lexico Dorico. Cùm itaque nihil certi proferatur ab hujus puncti adversariis, ex generali Regulâ, usuque probatissimo retinenda semper est ipsius notatio; neque fidem receptæ veritatis elevet unus vel alter, qui contra torrentem scriptorum penè omnium scapham impellere nituntur. Permovit fortasse eos omissum aliquando hoc punctum, vel distinctionis causâ; ut χῶ pro ᾗ ὁ· vel etiam more Dorico, ut rectè Scotus p. 119. & 314.

Non aliò commodiùs referenda est disceptatio de puncto Verbis subscripto præcipuè Infinitis in ᾶν.

Infini-

Infinitivus in ᾶν sub se exigit ι, per Reg. p. 5. l. 19.

Gaza format Præsens Infinitivi à Præsenti Indicativi, addito ν, p. 216. l. 2. (Caninius etiam p. 77. affirmat *Gazam velle diphthongum in omnibus Infinitivis.*) Lascaris itidem p. 259. qui desertis verbis fatetur subscribi ἀνωμάλως p. 200. & rursus p. 293. ubi subnotationem puncti fusiùs persequitur. Grammaticos sui sæculi idem sensisse perhibet Urbanus p. 212. Posterioris ævi, Sylburgius, Ramus, Crusius, Rhenius, Gualpterus, Cleonardus, Gerson, Vossius, atque alii quos vidimus: Editiones omnes SS. Bib. veteres Scholiastæ in Dramaticos, libri quotquot à Stephanis evulgati, constanter subnotant. Idem faciunt Viri Ἑλληνικώτατοι, (quibus singulis specimen unius saltem operis adjicitur:) Julius Pollux in Onomastico, Æmilius Portus in Lexicis, Budæus in commentariis, Wolfius in Demosthene, Benedictus in Luciano, Scaliger in Eusebii Chronicis, Casaubonus in Strabone & Polybio, Savilius in Chrysostomo, Carolus Morellius in editione patrum Parisiensi, Plantinus in Stobæi Eclogis, Aldus in Demosthene 1527. in Themistio 1534. Petavius in Epiphanio, Grotius in Evangeliis, Salmasius in commentariis ad Simplicium, Heinsius in suis annotationibus ad Poetas, Wintertonus in Minoribus Poetis, Duporrus in Ecclesiaste. Quid opus est Catalogo? Omnes penè, qui editiones librorum elegantiùs adornârunt, uno quasi consensu subnotationem comprobant. Ratio subnotandi est

1a. Regula superiùs posita. 2a. Analogia, cujus supra meminit Lascaris, πιάειν πιᾶν, sicut πιάεις πιᾷς· præsertim quum ι sit quodammodo Characteristica Infinitivi Activi; ideoque Æoles adscribunt ι verso ᾶν in αῖς, ut γελαῖς pro γελᾶν. 3a. Distinctio: quis enim, dempto ι, Genit. Doricum πιᾶν νικᾶν, & Infinitivum πιᾶν νικᾶν poterit internoscere?

Ex Veteribus tamen nonnulli, pauciores ex Modernis subscriptionem negligunt. Theodosium, Herodianum, Etymologum, Urbanum, Caninium, Scotum eâ mente fuisse docet Regula ab aliis per manus tradita & accepta. Hesychium, Favorinum, Eustathium, Didymum Editiones solæ in id consensisse arguunt. Quibus accenseri possunt Turnebus in Philone & Sophocle, Frobenius in Josepho, Gulielmus Morellius in Demosthene, Claudius Morellius in Libanio & Chrysostomo, Sonnius in Dionysio Areopagitâ & Basilio, Aldus in Platone membranis impresso & in Isocrate, aliique perpauci obscurioris notæ, quia ex incuriâ forsan, ne dicam inscitiâ, punctum hoc omisisse existimentur.

Theodosius, & Herodianus hujus sententiæ Patres Præsens Infinitivi circumflexi ab Imperfecto arcessunt: Dura nimis & anomala formatio; cùm Tempora similia à similibus formari uno omnes ore clamitent.

clamitent. Præsens ab Imperfecto manare? præposterum! Βοᾷ βοᾷν, simplicissima, pene nulla mutatio: ἐβόα βοᾶν, absona, multiplex & prodigiosa detorsio; non significatio, non accentus, non syllabarum numerus servatur, magno opere vexatur tota dictio, ut semilsterula tandem perimeretur.

Perimendi causam Etymologus adjecit; *Verba*, inquens, τὰ ἀνεκφώνητον *ante* ν *non admittere:* Quid illud ἀνεκφώνητον; vocalem obmutescere intelligit, ut quæ constituat diphthongum ἄφωνον; non (ut falsò interpretatur Urbanus pag. 212.) *quæ nullum edit sonum:* subscripta enim vocalis sonum addit, licèt confusum, aut ex illâ non omninò fit diphthongus. At silens vel sonans quidni ante ν perinde atque alias consonas scribatur? nulla κακοφωνία impedit, ut in his, ἐωνοχόϛ, ἐπήνευν, πέφνα, μέμνα, &c. Si ν finale intelligat; in illis itaque Apocopen passis πέφνν', μέμνν' num ι expungitur? Quinimò nec ι, in Verbo magis quàm Nomine, auribus displicet Atticis; quorum Genitivus dualis ὄφεφν, εὐγωνν, quàm elegans, quàm frequens! & in linguâ communi, νῶν, σφῶν! Quid multa? Infinitivus in ῆν pro εῖν ι mutum ant ν retinet, ut ἐλθῆν' vide Lascarin p. 293. sic κανῆν in Lexico Dorico Porti.

Subtiliùs conatur Urbanus obliterare hoc punctum; qui deductionem minùs spuriam, non magis tamen ferendam, ex Præsenti commentus est (pag. 212. editionis Venet. 1557.) in fine enim Præsentis ——άϊ, solvit diphthongum αι, elidit ι, relictas αε contrahit; ambagibus hisce usus, ut à communi opinione, & quasi à viâ regiâ solus vel cum paucis aberraret.

Pari circuitione Infinitivis in ῦν Thlipsin inducunt ante factam Crasin: ubi tamen υ ex οϊ tam in Verbis quàm in Nominibus potest per Crasin solam coalescere; ut μῦϊτίεις μῦσῦς, χρυσόειν χρυσοῦν· in quibus necessariò excidit ι, nec subscribitur; quoniam υ non est è numero diphthongorum quæ punctum sibi subjiciunt (pag. 2.) vel quia υ pro ι sufficitur, & Æolicè redit; ut ὑψοῖς pro ὑψῦς. Lascaris p. 259. l. ult.

Urbani argutias paucis complexus est Scotus pag. 214. de veritate tamen earum incertus, nec sibi constans, adjungit *quosdam subscribere, quosdam non subscribere*, atque ità rem in medio relinquit. Aldus in tantum à mente Urbani dissentit, ut in editione ipsius (contra Reg. pag. 212.) apponat ι & Paradigmati Infinitivi pag. 380. & exemplo Regulæ pag. 212.

Vetustiores siquis pergat objicere codices Puncto carentes, Hesychium & Favorinum; optimos sanè Authores hac ex parte pessimè in exemplum adducit; qui, non minùs in Præsenti Indicativi quàm Infinitivi, frequenter egent subscriptione; ùt ἥδᾳ ἡδᾶν, ὁρῷ ὁρᾶν, ὁρᾷ

ὀρχᾶ ὀρχᾶν, ὀρμᾶ ὀρμᾶν, item ἐρχᾶ pro ἐρχάσῃ, &c. Idem dicendum est de Eustathio per Frobenium edito, in quo Præsentis punctum desideratur sæpius quàm subjicitur; ut μῦθοιτᾶς Od. β'. v. 275. & v. 286. μῦθοιτᾶ. Od. β'. v. 34. δαμνᾶ. Il. ξ'. v. 199. ὀρᾷ. Od. δ'. v. 833. & ξ'. v. 44. cum multis aliis. Deest nonnunquam in Didymo, ut δαμνᾶ. Il. ξ'. v. 199. &c.

Hippocrates Venetiis excusus 1526. non in fine magis Infinitivi quàm Subjunctivi, atque etiam in Dativis Nominum destituitur punctis: iisdem orbati & mutili conspiciuntur alii antiquioribus typis exscripti: adeò ut non injuriâ liceat colligere, Græcis veteribus subnotationem hujus ι raram, quemdmodum Hebræis punctationem vocalium nullam fuisse in usu.

Litem nonnulli haud dissimilem movent de Verbis 4æ. quæ habent penultimam αι, negantes subscribi ι sub η inde oriundo in Perfecto vel Indef. 1. contra Reg. pag. 43. l. 3.

Punctationem Perfecti decernunt, Gaza (p. 181. τὸ τὴν παρακείμενον μέσην πρέπειν πῶ αι παρελήγυε εἰς η). Lascaris (pag. 292. πρέπει τὸ α τ αι διφθόγγυ εἰς η, ᾧ τὸ ι ὑπογράπτ). Diphthongum αι Præsentis in impropriam η Indefiniti primi mutandam affirmant Scotus, Crusius, Rhenius, Moquotus, Gretzerus, penè universa Grammaticorum synodus, & Authorum praxis. Ramus & Sylburgius scribunt πέφηνα & πέφανα· adeoque mirandum est in tam claro Sole cæcutiisse, alioqui perspicacissimum, Wintertonum.

Quinimò Indefiniti subnotationem æquè ac Perfecti admittendam suadet analogia, cùm sibi tam cognata sint & persimilia ἔφηνα, πέφηνα. Eamque ob causam non inscitè Wintertonus eodem utitur telo ad punctum in utroque Tempore confodiendum. Nam si duo hæc Tempora referantur ad fontem unde proximè fluunt, penultima illius habet α simplicem, ex quâ facta η punctum in neutro sub se reciperet: Sin in utriusque formatione recurratur ad Thema (quod in Perfecto fieri debere modò ostensum est), penultima ejus αι in η versa sub utroque pariter punctum ἀνηλόγως expetit. vide pag. 3. Quod rectè admonent, Crusius p. 144. & Gualpterus p. 512. adhibendum Infinitivo *propter rudiores*; quibus consultum esse oportet, hâc quasi virgulâ indigitante radicem, à quâ multùm discessit. Stephanus per Thesaurum subscriptionem hanc quàm maximè observat; ut in his ἔφηνα, ἐμίμνα, ἐστόμνα, &c. quam retinet per omnes Modos in Indefinitis Verbi αἴρω, ut ἀπῆρα, ἐξάρω, δῆραι, ἐπάρας, ἠράμην, ἀνλάρατε, &c. Passor (in Lexico N. T. ad verbum αἴρω) ut plurimùm dicit resumi ι in Indefinito primo, quæ in Futuro primo abjicitur; *tenendum*, inquiens, *adesse*. Quid itaque Wintertonus punctum hoc tam rigidè proscribit? prolixè differens contra ἐμίμνα ad versum 62. Hesiod.

Hesiod. Scut. Hercul. quod non à Stephano tantùm atque aliis, verùm ab ipsis Eustathio & Didymo (interdum alibi huic puncto minùs faventibus) subnotatur. Quid in partes suas trahit congeriem Grammaticorum (ad versum 80. Hesiod. Ἔργ. l. 1.) hoc tantùm arguens, quod nemo sanus in dubium vocat, formari Indefinitum à Futuro? ubi interea παραδογματίζομεν, id, quod probatione eget, tacitus praeterit; nempe α vertendum in η, in Perfecto vel Indefinito, neutiquam respicere Praesentis diphthongum: Quod si affirmare fuisset ausus de Perfecto (& sanè Indefiniti parem rationem ex ipsius argumentatione satis constat). Gaza cum reliquis, quos advocat testes, adversis illum suffragiis obruissent.

Inveniri autem Indefinitum verbi εἴρω, cum α μονοφθόγγῳ, & quidem frequentiùs, fatetur Stephanus; ipse interim punctum subjungens. Quid enim? si in unâ voce deliquerit vulgus scriptorum, ideone mutaverit sententiam vir prudens? & in universum? Praeterea α non notari dicit, ergo nec η? α Atticum pro η omnes μονοφθόγγως efferunt, ut ἐμίανα. Addit Passor sub α adesse & abesse ι more Hebraici *dagesch* quod ex literâ *schevata* saepe solet excidere. Quòd siquis dixerit in grammaticis raram esse mentionem Indefiniti subscripti, frequenter Perfecti; responderi potest, cùm sit una utriusque ratio, canonem non esse iterandum, neque cramben bis ponendam discentibus. Verùm nec silentio eorum danda omninò erit venia, qui rem solùm in Indefinitis hujusmodi, quorum numerus minor intra Conjug. 42. tribum unam concluditur, sed etiam in personis Verborum omnium, quae (juxta Reg. p. 37. ad finem) exigunt ι subscriptum, vel parùm admodum vel prorsus nihil de puncti hujus annotatione praecipiunt. Quorum tamen in gratiam, si permiserint adversarii, id dicendum cupimus, quòd idem illi rectiùs nobiscum judicaverint; & in subnotandis tam Synalœphis, Infinitivis in ᾶν, Perfectis Mediis, Indefinitis primis, quàm personis cujuscunque Modi vel Temporis, ad generalem normam velut invariabilem Cynosuram confugiendum censuerint, punctumque ab illâ constanter dirigendum. Cui per omnia si religiosè adhaeserint, non ampliùs typis erudiendi relinquentur elementarii, & subleste fide decipientur editionum, in quibus, ut summâ curâ & artificio splendidissimè elaboratis, nunquam non inerunt sphalmata. In Bibliis enim Plantinianis legimus ἐγγᾶ, Gen. 4. 11. ὄκνῃ, Gen. 4. 16. βοᾶ, Gen. 4. 10. ἀγαπᾶ, Prov. 3. 12. ἀγαπᾶτ & ἀγαπᾷν, Marc. 12. 33. atque alia complura de quibus p. 281.

Hujus denique Regulae beneficio continget; ut sublatis hinc Docentium altercationibus, inde Discentium difficultatibus, quas leviusculi isti apices, tanquam vepreculae creant in viâ, faciliores fuerint progressus, & compendiosius iter ad Athenas.

Figurae

Figuræ Syntaxeos

Tres sunt: Enallage, Elleipsis, Pleonasmus.

Enallage

Est permutatio quævis dictionum in Syntaxi.

1°. Numeri, Generis, vel utriusque: alio nomine dicta Synthesis vel potiùs Συνέσις, per quam dictiones sensu, non voce congruunt; nempe subintelligitur ut plurimùm altera vox, quâcum fit concordantia.

Numeri: Nomen Multitudinis singulare sæpe jungitur Verbo plurali; necnon Adjectivo vel Relativo, generis quandoque diversi; ut ὁ λεὼς χαίρουσι. Lucian. πᾶσα πόλις καχηνόῤῥες ἀκούουσι. Idem. Ἀνθρώπους πινυδὸν ὄπις κ' ὀπίσσοχον ὁμόσσῃ. Il. γ'. Cum utroque simul Numero interdum construitur; ut σωθήσεται γυνὴ διὰ τεκνογονίας. 1 Timoth. 2. 15. ubi γυνὴ pro sexu ponitur.

Similiter Partitivo singulari respondet Relativum plurale; ut —ἔστι αὐτὸς ἢ φρενῶν δοκεῖ ἢ γλῶσσαν ἣν οὐκ ἄλλῳ ἢ ψυχῇ ἔχειν, Οἵ τοι διαπυχθέντες ὤρθαξ κανοί. Soph. διέτριβον ὅτιτολλῶ, ἐν αἷς, &c. 1 Pet. 3. 1. ἐν αἷς refertur ad πειθοῖ & διέτριβον.

Masculinum vel Femininum plurale interdum Verbo adjungitur singulari; ut ἐξεφύετο τοῖς μὲν αἱ πείχες, τοῖς δὲ τὰ πρεμά. Aristot. usitatiùs Poetis, ut ἦλθε δόμοι. Pindar. Verbum ἔστι sic usurpatur, ut οὐκ ἔστιν οἵτινες ἀπέχουσι. Plato. Et ἦν itidem, ut οὐκ ἦν βόσκαι. Jerem. c. 14. v. 5.

Dualia cum pluralibus cohærent apud Poetas; ut χαμάπους δέ μοι ἵπποι. Il. δ'. v. 27. νῶϊ δὲ χαλώμεθα. Il. ε. v. 34. ὀνόματα ὁμοῖα. Aristoph. Nebul. κόρακες κρώξαντε. Aratus.

Generis; ut κλυτὸς Ἱπποδάμεια. Il. β'. v. 743. ὀλοώτατος δέμνια. Od. δ'. v. 442. γλῦφον Παιδὸς τῷγάμα βαρυσχέα. Herodot. l. 2. πλέον Σολοικίζτος (pro πλείων), Matth. 12. 42. τέκνά μου οὓς ὠδίνω, Galat. 4. v. 19.

Numeri & Generis; ut τὸ χεῖρε ἃς ὁ Θεὸς ἐποίησε. Xen. —πόσες δὲ παρωπίδας λύμαι ἔχδαν φαρμακόεσσαι, &c. Nicand. in Alexiph. v. 292. & 293. pro φαρμακόεσσαι. πᾶσα Ἱεροσόλυμα, Matth. 2. 3. (i. e.) πόλις.

2°. Casûs: Vocatur hæc Antiptosis, quâ Casus pro Casu ponitur; ut παρεκάλω ὑμᾶς ἀνεπαύσαι—ἀνεχόρησοι pro ἀνεχωρήσας, Ephes. 4. v. 1, 2. τοῖς Συρακοσίοις κατάπληξις οὐκ ὀλίγη ἐγένετο, ὁρῶντες

τις τῶν ἀφ' Ἀθηναίων ἀνώμων. Thucyd. pro ἐρῶσι. ὃ περσικῶν ἡμῖν ὄζει τοῖς τότων λόγοις, οἰδ' ὅτι ὅπη βλάπτουσι. Dinar. pro εἰδόσι. φημὶ γὰρ ἂν κατανεῦσαι τὸν δικαιοῦντα Κτησίφωντα Ἀρχάδων ὅτι ἄξιος. Il. β'. v. 350. & 353. pro ἀσπάσιοντα.

Nominativus non rarò usurpatur pro Vocativo præcipuè cum Articulo; ut ὦ πᾶς ἐγώ εἰμι, Luc. 8. v. 54. (vide pag. 129. l. 37.) Vocativus poeticè pro Nominativo; ut ὀπὶ δεύτου ἐυρύοπα Ζεὺς Ἔζετο. Il. θ'. v. 442. ἦλθε τέτληκε. Hesiod. interdum pro Accusativo & Genitivo; ut εὗρεν δ' ἐυρύοπα Κρονίδην. Il. α'. v. 498. ἦλθε πόντον. Orpheus. φεύγεσι πόδας ἱππόται δηρός. Arat. (vide Eustath. ad versum 68. Od. γ'.)

Quinetiam Casus pro Verbo tribuuntur alii quàm suî; ut ἠξίωσε τὸν Ἀχιλλέως ὅπλων Ἑλθόντ' ἔνδον—Soph. pro Ἀχίλλεια ὅπλα ἔνδον. Antecedens, quod esset alterius casûs, ponitur sæpe in casu sui Relativi; ut οὐκ ἔστιν ὅντινα πῶς οὐκ ἔξεστιν ἀρχὴν pro ἀρχή. sic τοῦ τέκνου ἐμοῦ, ὃν ἐγέννησα, Onesimum, Philem. v. 10. pro Ὀνησίμου. Regitur aliquando à Præpositione; ut ἄγοντες, παρ' ὧ ξενισθῶμεν Μνάσωνι, Act. 21. 16. pro Μνάσωνα. quandoque à Relativo regitur in diverso Numero; ut οὐκ ἔστιν ὅντινα πόλεων ἐλύπησι. Isocrat. pro οὐκ ἔστι πόλις ὅντινα ἐλύπησι.

Sunt qui Ellipsin potiùs notant in hac constructione: deesse tamen Id perperàm dicitur quod sine Pleonasmo addi vix potest: insolens enim, si non planè inaudita, hæc constructio; ἄγοντες Μνάσωνα παρ' ὧ ξενισθῶμεν Μνάσωνι. οὐκ ἔστι πόλις, ὅντινα πόλεων ἐλύπησι.

Pro Genitivo absolutè posito usurpatur Accusativus, &c. (vide p. 159.) Non rarò & Genitivus absolutè ponitur pro alio Casu; ut ταῦτα ποιησάντων ἀφ' Σπαρτιητῶν ἐπαύσαντο τῶ παρεόντος. Herodot. l. 7. pro ποιήσαντες Σπαρτῆται ἐφυλάξαν τὴν τάχοι τῶν πολεμίων λαθόντες τὸν φύλακας ἀπὸ τὸ Χυτείνου, ὃ περσιδόντων αὐτῶν. Thucyd. pro περσιδόντας αὐτούς. ——αἱ δ' ἂν πολυερχὲς ἀερτηδὸς Βυκχῆός τ' ἀλέγοι—— Τοῖα παφφωσδέν[illegible]α, &c. Nicand. Theriac. v. 4. 5. 7. pro παφφωσδένα.

Sæpissime post Infinitivum ponitur Accusativus pro alio Casu; ut Ἀθηναίοισι ἐφυλάκισε τὸ φύλακας εἶ ἀφ' Ἀθηναίων. Herodot. l. 7. pro φύλαξι. ἐδόκει ἡμῖν ὑβρίσμένους τῶν ἀπολωλέναι. Lucian. v. hist. l. 2. pro ὑβρισμένοις.

Interdum Verbo duos Casus regenti apponuntur simul utrique, neglectâ etiam ratione Concordantiæ; ut ὅτι οἱ ὦκ' ἤκουσι μέγας Θεὸς εὐξαμένοιο. Ilπ'. v. 531. pro εὐξαμένῳ. ἀκούω enim regit Genitivum & Dativum pag. 147. Interdum Nomini; ut τῇ ἐμῇ χειρὶ Παύλε, 1 Cor. 16. 21. Huc refer χεὶρ τοῦ θεοῦ τοῦ Παύλου εἰσῆλθε, Act. 17. 2. magis perspicuè ὁ Παῦλος.

Ad

Ad Enallagen Casûs spectat submutatio Casuum, quæ dicitur Hypallage; ut ἀφαιρῶ σὲ τῆς vel σὲ τίνος, &c. vide p. 159. 160, 161.

3°. Vocis seu significationis: Activa quædam significationem Passivam vel Neutram induunt; ἀνδραμβάνω, ἀναφέρω reficior, revalesco, ἀνατίθεμαι liberor, τιμῶ censeor, καταβάλλω mutor, ἀκούω exerceor, &c. ut ἀνδραμβάνειν ἐν τῇ νόσῳ. Galen. ἐν τῇ πληγῇ ἀναφέρειν. Plutar. τὸ σώματος ἀνατίθεσθαι ῥᾷον. Aristot. Probl. εἰς ἀνδρεῖος πολὺν ἐμβάλλω. Lucian. μεταβάλλειν χειμὼν εἰν εὐδίαν. Menand. ἀσκῶν ἐπὶ τὸν ἀντιγωνιεῖν. Isocr. quibus adde καταπίπτω. Jerem. 6. v. 25. &c. Subauditur in his ferè Accusativus nominis reciproci, ut ἀνέλαβεν ἑαυτόν. Demosth.

Passiva quoque & Neutra interdum Activâm habent significationem; ut σὺ ἀπιστήσεις με, Jerem. c. 15. v. 6. βεβούλευμαι, c. 27. v. 45. κοινωνὸς πεπλῆσθαι. Demosth. (vide pag. 53.) cum pluribus aliis utriusque sortis.

4°. Modi: Infinitivus sæpissime loco Imperativi ponitur, (vide p. 178.) interdum Subjunctivus; ut τὸ πεῖσον μέρος ἢ πείθεσθε ἔχειν. Demosth. de classibus. Item Optativus; ut εἰ μὲ φοβεῖ ἀφίκοιο. Æschin. addito ut plurimùm ἄν, ut ὡς ἂν εἰδείης. Lucian. Ganymed. & Jup. Futurum quoque Indicativi perfrequenter, ut —ἐμοῦ δυσμενὴς ἴσῃ φίλοις Πεύσῃ θ' ὅμοια —— Euripid. ἐφονεύσεις, ἐμοιχεύσεις, &c. Legitur Imperativus pro Futuro Indicativi, ut οἶσθ' ἃν ὃ δράσαν ἐμὲ γνώσει. Euripid. Iphigen. pro ὃ δράσεις.

5°. Temporis: Indefinita Temporum omnium habent significationes, ut ὁμοιόθη ἡ βασιλεία, Matth. 17. 23. i. e. ὁμοιοῦται, &c. In Indicativo tamen, sæpius Perfecti: In Imperativo & Infinitivo, Præsentis: In Optativo & Subjunctivo, Futuri.

Est ubi alia omnia Tempora pro se invicem accipiuntur, præsertim in Sacris Bibliis.

Pro Futuro, Præsens in his ubique; ἔδομαι, φάγομαι edam, πίομαι bibam, ἥξομαι, βίομαι ibo, ἐλῶ impellam, &c. vide Anomalorum Tabellam.

Imperfectum; ut N. ἀλλὰ σῶσα δύνασαι. Π. οὐκ ἐχρῆν. Lucian. Nereid. & Neptun.

In vaticiniis, sæpiusculè Præsens, Indefinitum, vel Præteritum; ut ἐκχέομαι, Mat. 27. 63. παιδίον ἐγκυνήσει, Is. 9. 5. συσχήσω ἡ γῆ, ἣ ἔσχε λαὸς οὓς κατακήκωκε Θ, ib. v. 19.

Pro Indefinito vel Præterito, quandoq; Præsens; ut φαίνῃ, Mat. 2. 13.

Pro Præsenti, contrà Præterita; ut ἔοικα, οἶδα. Lucian. (vide p. 53.)

Est & alia Enallage dicta Ἀντιμοίρεια, quâ ponitur pars una pro parte orationis alterâ. Adjectivum pro Adverbio, p. 125. Adverbium vel

vel Infinitivus pro Nomine, pag. 128. Participium pro Adverbio, Substantivo, &c. pag. 181. &c.

Ellipsis

Est defectus unius vel plurium dictionum in contextu:

1°. Nominis: In Adjectivis vel Articulis fœmininis certa quædam Substantiva subintelligenda sunt, præcipuè Casûs obliqui.

Βυλή.	ut μίαν βυλὴν σωθῶ. Il. β'. v. 379. i.e. βυλὴ.
Γῆ.	ἡ ξηρὰν, Psalm. 95. 5. i.e. γῆν.
Γυνὴ.	ἔγε συμβαίη γεραιῷ γέαν ἔχειν. Xen. i.e. γυναῖκα.
Γραμμὴ, vel γωνία.	πρὸς ὀρθὰς. Euclid. i.e. γραμμὰς vel γωνίας.
Δίκη.	ἀξίαν ἀποτίνειν. Lucian. i.e. δίκην· ἐυθείας κρίνετε. Pſ. 53. 1. i.e. δίκας.
Δορά.	ὡσὼ τῇ λεοντῇ πίθηκος. Adag. i.e. δορᾷ.
Ἡλικία.	ἀρετὴν ἐν νέας ἀσκεῖ. Syneſ. ep. 68. i.e. ἡλικίας.
Ἡμέρα.	τῇ ὀπωσκύσῃ, Matth. 28. i.e. ἡμέρᾳ.
Θάλασσα.	ἐφ' ὑγρὴν. Od. δ. v. 97. i.e. θάλασσαν.
Μοῖρις vel μοῖρα.	ἐείζειν πρὸ ἶσης. Il. λ'. v. 423. i.e. μοίρης vel μοίρας.
Ναυμαχία.	μίαν ναυμαχήσαντες. Ariſtoph. i.e. ναυμαχίαν.
Ναῦς.	πεντήρης. Thucyd. i.e. ναῦς.
Ὁδὸς.	ἢ ὅτι δύνατον ἴέναι, & ἑτέρην ἐκλέπουσι. Lucian. i.e. ὁδὸν.
Πληγή.	διαρήσεσθαι πολλὰς, ὀλίγας, Luc. 12. 47, 48. i.e. πληγάς.
Πνοή.	οἱ Ἐτησίαι λεγόμενοι & αἱ ταφροπῖαι γίνονται. Ariſtot. i.e. πνοαί.
Τέχνη.	ἡ ῥητορικὴ παραφυὲς τῆς διαλεκτικῆς. Ariſtot. Rhetor. 1. i.e. τέχνη.
Φωνὴ vel γνώμη.	ἤρξαντο ἀπὸ μιᾶς παραιτεῖσθαι, Luc. 14. 18. i.e. φωνῆς vel γνώμης.
Χώρα.	εἰς ὅλον πρόχωρεν, Matth. 14. 35. καθ' ἱδίαν, Matth. 24. 3. i.e. χώραν.
Ψῆφος.	τὸν λόγον ἀεὶ κατὰ σοφίης φέρεις. Lucian. Hermog. & ἢ ἀναιρεῖς ſeu καθαιρεῖς πρᾶγμα. Dem. i.e. ψῆφον.
Ὑπόνοια.	διὰ κενῆς, Pſalm. i.e. ὑπονοίαν.
Ὥρα.	πρωΐας, Matth. 21. 18. & ὀψίας, 27. 57. i.e. ὥρας.

In quibuſdam Neutris;

Διάσημα.	πύργων ὄντων διὰ ὀλίγου. Thucyd. l. 3. i.e. διαστήματος.
Ἴμαντες.	οἱ τὰ μάχαιρα φορεῦντες, Matth. 11. 8. i.e. ἱμάντα.

Μέρος.	ἄχρι ὁμίσου ἐφηδόν. Dioscorid. i.e. μέρος.
Ῥῆμα vel ἔπος.	δι' ὀλίγων ἔγραψα, 1 Pet. 5. 12. i.e. ῥημάτων.
Τάγμα vel πλῆθος.	πᾶν τὸ σραπωπκόν. Herodian. l. 2. τὸ λιστικὸν τῆς Πηλοποννησίων. Thucyd. l. 2. i.e. τάγμα, &c.
Ὕδωρ.	ποπείεν ψυχρῦ, Matth. 10. 40. i.e. ὕδατος.

In paucioribus Maſculinis; ut

Πυρετός.	πεπαίκε λύξ. Dioſcor. l. 2. i.e. πυρετός.
Ὕπνος.	εἰς βαθὺ ἐκοιμήθης. Lucian. i.e. ὕπνον.
Χεῖρος.	ἐκ πσότυ. Plato. ἐκ πολλῦ. Thucyd. l. 5. δι' ὀλίγυ. idem. l. 2. i.e. χείρυ.

Ponitur Genitivus omiſſo priore Subſtantivo; ut εἰς ᾅδυ, Act. 2. 27. i.e. οἶκον. ἀγαθῆ δαίμονος ἐσχέαι. Athen. i.e κύλικα. οἰδέ μι τύτυ ἠρόπυ. i.e. κλῆσις vel χεῖσις.

Frequenter Genitivus Nominis Proprii uſurpatur, ſubaudito Appellativo; ut Δημοδένης Δημοδένυς. i.e. υἱός. Demoſt. de cor. Μαρία Ἰακώβυ. i.e. μήτηρ, Luc. 24. 10.

Uſitatiſſimè cum Articulo Nominis intellecti; ut Ἰάκωβον τὸν τῦ Ζεβεδαίυ, Matth. 4. 21. i.e. υἱόν. ſic Τῶ ἀπτῦ φιλέῃ. Il. i. v. 342. ἴσ. γυναῖκα. Quandoque Participium unà cum Nomine ſubintelligitur; ut Μαρία ἡ Ἰακώβυ, Matth. 27. 56. i.e. μήτηρ ὄσυσα, ut rectè Theophylact. pag. 372. Subauditur & Nomen partitivum; ut τῶν παρόντων μήτε γέγε, μήτε ἐσαύριγ. Polyænet. i.e. πιά. τῶν σεριγελίων κατηγόρυν. Lyſias. i.e. τις vel πις. (ſic ἐξ αὐτῶν ἀποκλεῖσαι, Luc. 11. 49.)

Quinetiam alia permulta non invenuſtè ſupprimuntur; ut ἐν γαστρὶ ἕξεσα, Matth. 1. 18. i.e. βρέφος, &c.

Ellipſis Verbi: De Verbo ſubſtantivo dictum eſt pag. 124.

Ἔστι (*officium eſt*) quandoque reticetur; ut ἐ πᾶσαι φέρειν ἃ πάντες. Sext. τ' ἀρετῆς ἔδ' ποιεῖν. Ariſtot.

in Epiſtolarum inſcriptionibus ſæpe omittitur verbum εὔχομαι, aut aliud ſimile; ut Ἰησοκράτης τῷ Ἀλεξάνδρῳ χαίρειν. Iſocr. Παῦλος κλητὸς Ἀπόσολος, &c. τῇ ἐκκλησίᾳ τῦ Θεοῦ, &c. 1 Cor. 1. 1, 2.

Ellipſis Adverbii: ἕνεκα paſſim, idque eleganter pag. 138. &c.

Ὦ itidem ante Vocativum; ut Ἄνδρες Ἀθηναῖοι. Demoſth. ſic ἄνδρες ἀδελφοί, Act. 13. 26.

Θεοῦ ante Genitivum; ut τ' ἀναισχύνας.

Ellipſis Conjunctionis: Copulativæ defectus vocatur Aſyndeton; ut ἦλθεν, εἶδον, ἐνίκησα. Plutarch.

Ὡς

Ὡς ante Infinitivum; ut ἐπὶ λόγῳ εἰπεῖν. Lucian. vide p. 178. l. 10.

Ἵνα ante Subjunctivum; ut ἄρες ἐκβαλλω τὸ κάρφος, Matth. 7. 4. Similiter μὴ, ut ἴσην, ὁρᾶσθαι μόνον. Lucian.

Ellipsis Præpositionis: Usitatissimè χάριν, διὰ, vide pag. 138. 143. 157. &c.

Præpositiones sæpe subaudiuntur ante Casus quos regunt; ut πρὸς κάκεσσιν ἀνδρός. Steph. i. e. πρὲ. πεφύλαξο Παυσίων ἀνέμων. Arat. i. e. ἀπὸ. κωφίσαι ἑαυτὸν τῆς σκιμποδος. Herodian. i. e. ὀλί.

Ellipsis plurium dictionum: Frequens est Ellipsis in Adagiis, Apophthegmatis, Dialogis præsertim scenicis; ut ἢ πὰν ἢ ἐπὶ τάς. Plutar. In abruptis itidem locutionibus, quæ vehementiorem animi motum & pathos exprimunt, usitatissima est Ellipsis, dicta Aposiopesis; ut ἀλλ' οὐ τέκνον. Plutarch.

Pleonasmus

Est excessus unius vel plurium dictionum.

Ἄντα post certas voces redundat, ut πρὶν ἄντα, πολλ' ἄντα, ὀλίγ' ἄντα, πάνυ πολλὰ ἄντα.

Αὐτὸς passim in N. T. ut καταβὰν αὐτῶν ἀπὸ τοῦ ὄρους, ἠκολούθησαν αὐτῷ, Matth. 8. 1. Eleganter πᾶς τις, πᾶς ὅστις. Lucian.

Infinitivi nonnulli, φάναι, εἰπεῖν, ξεῖν), &c. ut ἔφη εἰπεῖν. Xenoph. ἐκὼν ἑκόν). Bud. Additur Verbis Infinitivus cognatæ significationis, ut βῆ δ' ἰέναι. Il. ε. v. 167. Quædam & Participia, ut ἔφη λέγων. Herodot. l. 5. vide ὢν [p. 164.] Ἔχων & φέρων alicubi, ut παίζειν ἔχων. Lucian. φλυαρῶν ἔχων. Plato. ἐπέβλεψεν ἑαυτὸν φέρων. Æschin. Porrò dictiones cujuscunque Generis in oratione πλεονάζουσι, ut ἐν ᾧ χῶρῳ ἐν Μέμφι, &c. Herodot. l. 2. Ἄχθιον. ἄχθιον ἕλκος. Bion. Id. 1.

Pleonasmi species est Periphrasis.

Χρῆμα cum Genitivo Nominis usurpatur pro ipso Nomine, ut ἐξαίρετον χρῆμα τῆς νεανίης eximius juvenis, & τὸ χρῆμα τοῦ κόπου ὅσον quanti labores. Aristoph. μέγα χρῆμα συὸς magnus aper. Herodot. Similiter παῖδες vel υἱες, ut ἰαμβῶν παῖδες pro ἰαμβοὶ, υἱες Ἀχαιῶν pro Ἀχαιοί. Il. δ. v. 162.

Apud Poetas nomen Qualitatis cum Genitivo personæ, ipsam personam circumloquitur; ut ἰὴ Τηλεμάχοιο. Od. π'. v. 479. interdum cum Adjectivo Proprio, ut βίη Ἡρακληείη. Il. λ'. v. 689. item ἰὴ βίης Ἡρακληείης. Hesiod.

Multa Verba auxiliaria cum Infinitivis vel Participiis ponuntur pro Verbis finitis, ut ἔοικα γηράσκειν pro γηράσκομαι. Lucian. ἤλθον

ἀπολέδς pro ἀπώλοντο. Diodor. ἦλθον ἀναιρεθῆναι. i.e. ἀνῃρέθησαν. Plutarch.

Pro Verbo paſſivè vel neutraliter ſignificante adhibetur Adjectivum ejuſdem, cum Verbo ſubſtantivo; ut Διάφορος ἐγκρύπτειν pro Διαφέρειν. Iſocr.

Accedit Figuris hiſce Syntaxeos Figura Diſpoſitionis,
Hyperbaton ſive Ἀνακόλουθον.

Ἀνακόλουθον eſt Figura, per quam perturbatur ordo vocum in oratione, utpote ſitu non communi & debito diſpoſitarum; ut καὶ ὑμᾶς ὄντας νεκροὺς—καὶ ὄντας ὑμᾶς νεκροὺς συνεζωοποίησε, Eph. 2. v. 1. & 5.

Figuræ Proſodiæ.

ALiæ ſunt *Dictionis*: aliæ *Carminis*: utriuſque generis uſus præcipuus eſt in poeſi.

Figuræ Dictionis; Synecphoneſis, Diæreſis, Tmeſis, Syſtole, Diaſtole, Cæſura.

Synecphoneſis

Quæ & Synæreſis dicitur, vocalem brevem ante aliam, plerumque longam, in carminis dimenſione collidit; ut Χρυσέῳ ἀνὰ σκήπτρῳ—Il. ά. v. 374. Θεοῖσιν ἐπάδξαμεν—Pythagor. v. 49. Καὶ σφέας φωνήσας—Il. δ'. v. 284.

Syllabæ breves ità contractæ pro longâ habentur; ut ὀλέσῃ ἣ πολέας ὅδε νηυσὶν Ἀχαιῶν. Il. β'. v. 4. (vide Il. π'. v. 527.) Τοῖς δ' ἦν χάλκεα μὲν τάγε, χάλκεοι δέ τε οἶκοι. Heſiod. Ἔργ. l. 1. v. 149. Pro brevi rariùs, ut Ὄρσεο πέπον—Il. ε. v. 109.

Interdum longa ante brevem colliditur, ut Ῥεῖα μὲν δὴ φάγεσκεν—Il. ρ'. v. 461. ſic Heſiod. Ἔργ. v. 5. Longa etiam ante longam, & in diverſis dictionibus; ut Ἦ οὐσὲν ἀμφὶ πύλῃσι—Il. ε. v. 466. ſæpiſſime ἦ ante ὰ, ut Ἦ ὄχ ἅλις ὅτι γυναῖκας—Il. ε. v. 349. Ἦ λάθ' ἦ ἒκ ἐνόησε—Il. ί. v. 533. Ἦ ὰ μέμαασ' ὅτ' ἐρχὰν—Theocrit. Id. 5. v. 116.

Diæreſis

Diphthongum diſtrahit in ſuas vocales, aut longam in ſuas breves diſſolvit; ut Ἐκ]ωρ ὃ Πειάμοιο παῖς—Il. γ'. v. 314. ὗδν ἑλύσαο—Il. ώ. v. 685.

Tmeſis

Membra vocis compoſitæ diſterminat, interventu unius vel plurium dictionum; ut χ' γαῖα κάλυ-ε. Il. ξ'. v. 114.

Syſtole

Syllabam longam corripit; ut —λῄσασθαι ἴσα θεοῖσι. Od. λ'. v. 303. —ἀλλὰ βέλεσδε. Od. π'. v. 387. —Νέκα δῶρα δίδου καὶ εἴκοσι. Epigramm. l. 7.

Brevi-

Breviatur interdum *αι* finalis ante conſonam; ut Εἰδήκειν οἵκαδ' ἵκωμαι φίλων ἐς πατρίδα γαῖαν. Il. ί. v. 414.

Item vocalis ante *σ* & alteram conſonam; ut Ὠκυμορωτέρους, ἠδυόσμου ——Ammian. ep. 17. *ας* terminatio pluralis 1æ. & 2æ. Simplicium, ut——μὴ πρόπας ἠελίοιο. Heſiod.

Diaſtole ſive Ectaſis

Brevem producit; ut Διὰ μὲν ἄρ' ζωστῆρος——Il. δ'. v. 135. Ἐς λίμνην αὖ πάλιν σὺν ἔγχεσι——Hom. Batrachom. v. 156. Ἄνα σὺ μὴ δείδιθι——Nicand. Alexiph. v. 443.

Frequentiùs extenditur brevis: 1°. ante liquidam; ut——μάλα θαρσαλέως. Hom. hymn. in Mercur. v. 499. Πολλὰ λιτομαῖ——Il. ά. v. 358. 2°. ante aſpiratam; ut——ἴδον αἴολον ὄφιν. Il. μ'. v. 208. plerumque vocalem aſpiratam; ut Τοῖον οἱ πῦρ ἐδάϊεν——Il. έ. v. 7. Ἡ δ' ἀνδρὶ ἰκέλη——Il. δ'. v. 86.

Non rarò voces monoſyllabæ præſertim ante liquidam extenduntur; ut ——δὰ ἦ μέγα πᾶκος ἀερξα. Heſiod. Scut. Hercul. v. 364.

Cæſura

Extendit ſyllabam brevem in fine dictionis & initio pedis; ut Οἱ ἦ μέγα ἰάχοντες——Il. ξ'. v. 421. Σπεῦ δ' ἄρα τ' ἔπειθε ἐρίηρε——Il. γ'. v. 83. ἀμφηρεφέα τε φαέθειν. Il. ά. v. 45.

Plures ſimul Figuræ interdum congeruntur; ut——ἄ με μάλα ῥεῖα Νικήσῃ——Il. ύ. v. 102. Cæſura & Synecphoneſis, &c.

Figuras has omnes comprehendit & ſupergreditur Licentia Poetica.

Nullis enim legibus conſtricti Poetæ, longas corripiunt, breves producunt, ancipites in eâdem dictione, in eodem verſu & producunt & corripiunt: Et, ſive metri cogantur neceſſitate; ſive numerorum varietati, elegantiæ, ſymphoniæ ſtudeant; ſive etiam furori ſuo & αὐθαδείᾳ obſequuntur; cunctis ſuperiorem Regulis ſibi vendicant licentiam: cujus exempla permulta in poematis abundant: paucula hìc indigitantur. ——τὰ μὴ καλὰ καλὰ πάσαν. Theocr. Id. 6. v. 19. Ἐπειδὴ νῆές τε καὶ Ἑλλήσποντον ἵκοντο. Il. ψ'. v. 2. ——ἦ γὰρ ὅγ' ὀλοῇσι φρεσὶ δύῃ. Il. ά. 342. Οὐρήιον θερεκάλυμμα βάλλεις—— Orph. hymn. 18. v. 17. Εἰς ἔργον ὀτρώνασα θεᾶς——Quint. Smyrn. l. 10'. v. 109. Τιμὰς τάξαμεν ἐν παρ' αὐτῆς——Orph. hymn. in Semelen v. 6. Βαπτίζεται δ' ὕπνῳ χείμενι τῷ θανάτῳ. Steph. Paral. p. 58. ex Epigram. Φέρζε βόαι, φέρζε μάλαι, φέρζε ταχύ, οἷσι θεσμιόν. Callimach. hymn. in Cererem v. 136.

Cæterùm monendi ſunt Lectores, ne errata editionum pro licentiâ deputent poeticâ: ubi enim alii codices habent——αὐτὰρ δ' ἐλάφεια ——Il.

——Il. *d*. v. 4. ——rectiùs legendum ſuggerit Steph.——αὐτὸν ἢ ἑλώεια, ſic——ἢ δ' ἄναχ]α——Il. ζ'. v. 176. Froben.——ἢ ἢ ἄναχτα. Steph. ——

Plura in hanc rem diſſerit Stephanus in Scholiis ad carmen Heſiodi 268. Ξυὸν ἢ ἐγὼ——p. 29. & in Paralip. p. 90.

Figuræ carminis: Ἀνπποδία, Brachycatalexis, Hypercatalexis ſive Hypermetrum, Dialyſis.

Ἀνπποδία.

Eſt quâ pes pro pede ponitur; idque multifariàm.

1°. Spondæus in quinto loco Hexametri conſtituitur; ut Ἀμφοτερὸν, βασιλῆός τ' ἀγαθοῦ, κεκορυθός τ' αἰχμητῆ. Il. γ'. v. 179. cujuſmodi verſus Spondaicus vocatur.

2°. Anapæſtus, initio plerumque Hexametri; ut Βορέης καὶ Ζέφυρος πώτε Θρήκηθεν ἄηται. Il. *i*. v. 5.

3°. Iambus in Hexametro; ut Ὅς ἤδη πάτ' ἐόντα——Il. *d*. v. 70.

4°. Amphibrachius; ut Ἕως ὃ παῦθ' ἅρμαινε καὶ φρένα——Il. *d*. v. 193.

5°. Pes proceleuſmaticus, ſive πεδάλεσχος· ut πρέπε δ' Ἀϊδης ἐνέρεσιν. Heſiod. Theogn. v. 850.

Brachycatalexis ſive Acatalexis

Eſt, quâ ſyllaba vel pes finalis deſideratur; ut ἐν ἀμέρᾳ φαεινὸν ἄστρον. Pindar. Ζεῦ πάτερ καὶ ὦναξ. idem.

Hypercatalexis ſive Hypermetrum.

Eſt, quâ ſyllaba præter juſtam metri diſpoſitionem ſuperabundat; ut Ἀνθεσι πορφυρέοισι λύκοισιν ἀναξαίοιο χαλινῶ. Tryphidior. v. 95. niſi quis hìc malit duplicem fingere Synecphoneſin, & ſyllabas colliſas breviare.

Dialyſis

Eſt, quâ dictio in fine poſita ità diſtrahitur, ut una pars in præcedente ſit verſu, altera in principio ſequentis; ut Πυκνὰ δινεύοντες ἀπ' ὤεσσιν αἰθέ——

——ρος δι' αἰῶνος. Sapph. ode 1.

An Introduction to the Latin Tongue, for the Uſe of *Weſtminſter* School.

Rudimentum Grammaticæ Latinæ Metricum, in uſum ſcholæ *Weſtmonaſterienſis.*

Rudimentum Grammaticæ Græco-Latinæ Metricum, in uſum ſcholæ *Weſtmonaſterienſis.*

Syntaxis Eraſmiana.

Buxtorfii Epitome.

Schrivelii Lexicon.

Nomenclatura brevis, reformata, *&c.* for the uſe of *Weſtminſter* School.

The Septuagint.

Greek Teſtament.

Greek Pſalter.

Greek Epigramms, for the uſe of *Weſtminſter* School.

Greek Eſop, as alſo Greek and Latin.

Xenophon.

Iſocrates.

Demoſthenis ſelectæ Orationes.

Apollodorus, in uſum ſcholæ *Weſtmonaſterienſis.*

Dionyſius de ſitu orbis, in uſum ſcholæ *Etonenſis.*

Janua Trilinguis, as alſo in Engliſh and Latin, or in Latin only.

Ger. Jo. Voſſii Elementa Rhetorica.

Martialis Epigrammata, in uſum ſcholæ *Weſtmonaſt.*

Juvenalis & Perſius, in uſum ſcholæ *Weſtmonaſterienſis.*

Quintus Curtius.

Valerius Maximus.

Chr. Helvici Colloquia.

Senecæ Tragœdiæ, cum Notis Farnabii.

Owenii Epigrammata.

Ferrarii Orationes.

Ejuſdem Lexicon Geograph.

Tullii

Tullii selectæ Epistolæ, in usum scholæ *Westmonast.*
Effigies Amoris. Ignoramus. Flosculi Historici.
Comenii Vestibulum. Farnabii Epigrammata.
Orator Extemporaneus. Baronii Metaphysica.
Burgersdicii Logica. Herebordii Logica.
Eustachii Ethica. Stierii Tabulæ. Golii Ethica.
Gassendi Logica. Ejus Epicur. Philos. Ejus Syntagm.
Barrow Euclidis Elementa.
Opera varia posthuma, Philos. Civil. & Theol. Fr. Baronii.
Stahilonis Axiomata. Reusneri Symbola.
Johannis Vigierii Opera, M. D.
Theologiæ libri 11. Rochfield.
Charltonii Oeconomia.
Busbequii Gislenii Opera omnia.
Pereneſis ad Edif. Imperii in Imperio, Molins.
Lucius Florus, in English.
The Doctrine and Opinion of Pythagoras and Plato by J. Henson. M. D.
Sparkles of Divine Love, or Emblems.
Grobianus and Grobiana.
Solomons Gate.
The Christians New-years gift.
The Christians Pattern.

Books printed for Rich. Parker *at the* Unicorn *under the* Piazza *of the Royal Exchange.*

A New, short, and exact Latin Grammar: wherein all that is dark and deficient in other Grammars, is plain and methodically supplyed; whereby one may easily and speedily attain that language: with a Vocabulary of things most usual in ordinary discourse. Also the Latin Particles, necessary to be known by any that are desirous either to make elegant Latin, or understand Authors, by *Peter Berault.*

A Vocabulary of Verbs in Latin and English, wherein are contained almost all the Verbs of the Latin Tongue with their Preter Tenses and Supines; as also their Case they govern in Construction: Compiled for the benefit of Youth at School, by *A. Paterson.*